

# OBSERVATIO DLXXIII.

## *De Advocatia Majeſtatica.*

§. 1.

Notum eſt Advocatias varii eſſe generis ac originis, & Advocatorum vocabulum eſſe maxime πολύσημον.

In genere Advocatia vulgo deſcribitur, quod ſit Jus, clientes fiduciarios contra vim majorem & violentiam aliorum protegendi. Et Advocatus proprie eſt Defenſor & Protector (*a*).

Variis autem cognominibus præditi erant ejusmodi Advocati. Sic notæ ſunt denominationes, Landvoigt, Burgvoigt, Stadtvoigt, Amtsvoigt, Caſtenvoigt, & id genus centum alia, quorum amplum Catalogum exhibet Rechenberg (*b*).

Nos miſſis reliquis Advocatorum ſpeciebus, ſaltem hic de Advocatis & Advocatiis Monaſticis, qui vulgo Caſtenvoigte und Caſtenvoigtheyen audiunt, ſolliciti erimus.

§. 2.

Singulare nomen horum Advocatorum occurrit in Diplomate quodam apud *Wigul.* Hundium (*c*): ubi Advocatus monaſticus vocatur Advocatus Granarii.

Origines harum Advocatiarum ſane ſunt antiquiſſimæ. Sic enim jam olim in Concilio Carthaginenſi *Canon. VI.* cautum fuit: ut qui Deo ſer-



(*a*) *Vid. Paul Webneri Obſerv. Pract. voc.* Voigt. *p.* 484. (*b*) *In Diſſert. de Advocatis & Advocatiis Germanicis Lipſ.* 1725. *habita.* (*c*) Im Bayer. Stammbuch P. I. *f.* 110.

viunt, & annexi ſunt Clero, ad Actus, ſeu adminiſtrationem vel procurationem domorum non accedant, juxta Statuta Apoſtolorum, quæ dicerent: Nemo militans Deo ſeſe negotiis ſecularibus ingerit. Poſtmodum quoque in Synodo Milevitana præſide D. Auguſtino, an. Chriſti 402. conſtitutum eſt *Canone 16to*, ut à glorioſiſſimis Impp. petatur, quo jubeant, judices dare peritos ſibi defenſores Scholaſticos, qui in actu ſint, vel in officio defenſionum cauſarum eccleſiaſticarum &c. Similiter in Synodo Moguntina an 1233. congregata conſtitutum eſt, ut Epiſcopi & Abbates curam omnem, adminiſtrationemque quoad victum & alimoniam attineret, Advocatorum ſolertiæ relinquerent, quo minus à profeſſionis inſtituto, cui jurati eſſent, avocarentur.

Et antiquiſſimis temporibus vix alii occurrunt quoque Eccleſiarum Advocati, niſi ab Imperatoribus tamquam univerſalibus in Imperio Eccleſiaſticis Advocatis dati monaſteriis & conſtituti. Rationem hujus rei bene reddit Lehmannus *in Chron. Spir.* ita ſcribens (*d*): Dieweil die Biſchöffe ihrem Prieſterlichen Stand und Amt unziemlich befunden, daß ſie ſich mit weltlichen Geſchäfften ſollten beladen, regieren, und mit Herrſchung und Beſtellung des Feldbaues und andern ſo politiſchen Verrichtungen anhänget, nachſetzen und abwarten, ſo iſt dem Königlichen Amte zugefüget worden, daß ein jeder König alle und jede Bißthum, Stifft und Clöſter mit einer weltlichen Regiments-Perſohn ſoll verſehen und beſetzen, und auf ihr ungebührliches Verhalten, Uebergriff und Verbrechungen wieder abſchaffen. Solche hat man Advocatos, Voigt oder Kaſtenvoigt und Vice-Dominos genennet.

§. 3.

Hos vero Vice Dominos & Advocatos Imperatores ſemper fere ex Nobilitate legebant, quo major foret auctoritas, ne damni quicquam Cœnobia vel errore vel ignoratione ſuſciperent, uti bene ſcribit Vadianus (*e*).

Poſtea vero cum hi Advocati officiis ſuis abuterentur & nimium quantum auctoritatis in Epiſcopos Abbates & Monaſteria ſibi arrogarent, ita ut in Vitricos degenerarent, qui Patres Eccleſiarum eſſe deberent (*f*);

Epiſcopi & Abbates ab Imperatoribus privilegia obtinebant, vi quorum ipſi ſibi eligere poterant Advocatos, quos optime idoneos judicarent. Hos itaque pactis conſtituebant pariter ac conſtringebant, & ut eo magis fideles eſſent, & diligentes in Officiis ſuis, loco ſalarii Terras quasdam,

(*d*) *L. II. Cap. 36:* (*e*) *In Farragine Antiquitatum Rerum Alemannicarum ap. Goldaſt. Scriptor. Rer. Alem. T. III.* (*f*) *Vid. Schurzfleiſchii Diſſ. de Vitricis Eccleſ.*

quasdam, vel reditus Eccleſiæ iis concedebant jure feudi. Unde nata feuda Advocatiæ quæ Voigt⸗Lehn dicebantur, quippe Advocati officio juncta Feuda (g).

Et cum ejusmodi Advocatiæ ſemper ſupponant pacta quædam ſic dicta clientelaria; Pactititia vocari conſuevit talis Advocatia, quia ſcilicet pactis, conſtituebatur, & Advocatorum poteſtas quoque ex his dijudicatur.

§. 4.

Cæterum officium & autoritas horum Advocatorum non ſolum in rei œconomicæ adminiſtratione conſiſtebat, ſed & in Jurisdictionis, utut Eccleſiarum & Monaſteriorum nomine, exercitio. Et ſicuti Advocati absque conſenſu Epiſcopi nihil firmi poterant peragere, ita viciſſim Advocati auctoritas ad validitatem negotiorum Eccleſiaſticorum requirebatur & erat neceſſaria. Unde in tabulis ſuper ejusmodi negotiis publice confectis tunc temporis ſæpiſſime occurrit hæc Clauſula: Ego - - Episcopus Abbas - - cum conſenſu fratrum & Advocati mei. (*h*)

§. 5.

Adhibebantur ergo hi Advocati ſuamque interponebant auctoritatem, in omnibus actibus præcipue jurisdictionalibus, v. g. in precariis, permutationibus, manumiſſionibus, in mallo publico (Land⸗Gericht) transactionibus, Donationibus, & ſtatus mutatione &c. quam in rem multa Diplomata extant, & complura ſcriptorum teſtimonia adduci poſſent, ſine ceſſum foret.

Immo tandem Advocatos ejusmodi tantum ſibi ſenſim in Eccleſias arrogaſſe poteſtatis, ut jus hoc protectionis itidem reſpective, & Jurisdictionis omnimodæ, & ſubjectionis initium extiterit, hiſtoriæ antiquorum temporum nos docent.

Bene hanc in rem ſcribit P. Friderus (*i*): *Jus enim tale eſt, cujus paulatim increſcit auctoritas & uſurpatio ea fœcunditate, ut alterum ex altero indies pullulet, leviſſima ſæpe occaſione magnum pondus habente mei juris diminuendi, tui vero accumulandi.*

§. 6.

Rurſus autem alia Advocatiarum pactitiarum ſpecies hæc erat, ubi Principes & Nobiles fundabant Eccleſias & Monaſteria, eis ſimul dotem e pro-



(g) *vid. Chokier de Feudis Advocatiæ.* (h) *vid. cit. Vadianus l. alleg. p. 21. n. 1. Hoſpinianus de Orig. Monach. c. 21. Stumpff. in Chron. Germ. L. V.* (i) *de Mandat. L. II. c. 14. n. 4.*

e propriis ſuis bonis conficientes, ſub reſervatione Advocatiæ ſibi & hæredibus ſuis. Quales Advocati Erb⸗Kaſten Voigte vocabantur, quæ conſuetudo à temporibus Imperatorum Saxonicorum maxime increbuit optime id obſervante LEHMANNO *in Chron. ſpir.* (*k*)

§. 7.

Ab his Advocatiæ diverſis ſpeciebus maxime differt, quæ fluit e Jure territorii, ex eo ſcilicet, quod Monaſterium vel Collegium aliquod Eccleſiaſticum in territorio alicujus Principis exiſtat, vel cum conſenſu domini territorialis ibi fuerit exſtructum (*l*).

Ratio vero talis Advocatiæ inde palam elucet, quod omnia, quæ intra alicujus territorii ſepta continentur, in fide & patrocinio domini iſtius eſſe præſumantur (*m*).

Hinc Advocatia major plerumque eſt penes dominum territorii, & præſumtio militat pro domino territoriali donec probetur exemtio (*n*).

§. 8.

Vocantur autem ejusmodi Advocati Legales, nati & ordinarii. Sic in Diplomate OTTONIS I. quod exhibet MADERUS *in Antiquitat. Brunſvic.* hæc leguntur:

*Noſtræ-cognationis, qui potentiſſimus ſit Advocatus habeatur & loci prædicti.* & in alio Diplomate de an. 1187 hæc habentur notabilia verba:

Ego, Berchtoldus de Zeringen, Dux & Rector Burgundiæ, Dei & Imperiali gratia Thuregici loci legitimus Advocatus qui Kaſt-Vogt dicitur.

Obſervandum autem eſt hunc circa locum, vocabulum Kaſt-Vogt uſurpari quoque de Advocatia plane ſeculari, quia Turegicus locus (hodie Tigurinus) nullum habuit monaſterium. Unde videtur vocabulum illud, non uti plerique putant, à voce Kaſten, ſed alio prorſus deſcendere etymo.

§. 9.

Cæterum per ſe clarum eſt admodum, hanc Advocatiam, ſicuti juri territorii ſupremo innititur, ita quoque involvere Superioritatem ex parte Advocati, & rurſus quoad dicentes ſubjectionem omnimodam. Hinc recte opponitur mere pactitiæ, & latiſſime patet ejus poteſtas, ut adeo nomen Advocatiæ Majeſtaticæ tulerit non immerito. Qua de re optime loquitur MEIBOMIUS in Oratione *de Helmſtadio.*

*Ali-*

(*k*) *L. II. Cap. 36.* (*l*) *vid. Knichen de Jure Territ. c. 4. n. 337. & Mager de Advocat. armat. c. 9. n. 648. ſeqq.* (*m*) *Menoch 3. de Præſumt. Mynſ. Conſ. 16. n. 35. Meichsner. T. III. Dec. 23. n. 20. D. 33. n. 4.* (*n*) *vid. Pfeffinger in Vitriar. illuſtr. Tom. IV. Lib. III. Tit. 19. §. 4. n. d. p. 5. ſeqq.*

*Aliquando, ubi Eccleſiæ aut Monaſteria ſita erant in territoriis Advocatorum habebant Advocati ſuper bona Eccleſiaſtica & in Eccleſiæ ſubditos Jus teritorii, collectandi, ſequelæ, Homagium à ſubditis exigendi & recipiendi, confiſcandi & plura alia, quæ poteſtas ſuperior Advocatia JCtis vocatur (o).*

Hinc bene diſtinguendæ ſunt ab invicem hæ Advocatiæ, legalis & Pactitia, cum diverſiſſimos producant effectus, & huic numquam tribui poſſint, quæ illi. Quemadmodum quoque quilibet facile animadvertet, vulgatam illam παροιμιάν: Schuß und Schirm giebt keine Obrigkeit, ſolummodo in Pactitia, non in Majeſtatica Advocatia locum invenire poſſe. Qua in re multi tamen vel doctiores offenderunt peſſime.

§. 10.

Interim & hoc monebo, ejusmodi Advocatiam Majeſtaticam, re penitius inſpecta, vix nomen Advocatiæ mereri, cum territorii dominus potius quà talis, quam ut advocatus ejusmodi exerceat jura ſublimia. Et ſic habere poterant Eccleſiæ & Monaſteria ſpeciales ſuos & veluti privatos Advocatos, ſalvo tamen ſemper Jure ſummi Advocati ſcilicet territorialis domini. Immo occurrit ipſa hæc vox quibusdam in Diplomatibus, ſic Brunsvicenſium & Luneburgenſium Dux ERNESTUS in Diplomate quodam (p) his utitur verbis:

*In his autem omnibus jure miſſis cauſis, quæcunque cauſa terminata erit & compoſita coram advocato, qui ſedet judicium in banco, determinata eſſe debet coram Summo Advocato & Domino.*

Et in alio Diplomate Margarethæ Balduini Conſtantinopolitani & Flandriæ Comitis filiæ an. 1246. literis exarato quod protulit BUZELINUS in Gallo-Flandria ſacra & profana Lib. III. c. 20. p. 528. hæc habentur:

*Quæ cum appenditiis ſuis ſub noſtra protectione ſunt & Advocatione, quæ ejusdem Eccleſiæ ſumma Advocata ſum, & Advocati earundem poſſeſſionum de nobis ſuas teneat Advocationes.*

§. 11.

Quod ſupereſt, nullum erit dubium his ſummis Advocatis inprimis tribuendum quoque eſſe nomen der Erb-Caſten-Voigte, cum ſcilicet ejusmodi Advocatia Majeſtatica cum ipſo ſupremo territorii Jure transeat in hæredes territoriales quoscunque, licet uti ſupra vidimus, etiam vi pacti in quo hæredum quoque fit mentio, Advocatia quædam hæreditaria recte conſtitui poſſit. In hoc tamen differt utraque Advocatia, quod in Majeſtatica omnes Succeſſores quoque ſint hæredes legales, in hac vero ſolummodo pactitii & conventionales.



(o) *vid. Opp. Meibom. T. III. p. 277.* (p) *ap. Kreſſ. Opuſc. Jurid. c. 3. p. 69.*

# OBSERVATIO DLXXIV.

*Reviſio contra Paritoriam ad Mandatum de exequendo deneganda, Sententiæque denegatoriæ Taxatoria ſtatim annectenda eſt.*

In Cauſa Münzesheim contra Mitſchefall Confirmatoria lata, eámque Mandatum de exequendo inſecutum. Latis dein duabus ad illud paritoriis contra ultimam Reviſio introducta, ne quidem obſervato Termino ad introducendum præfixo, habita interim agendi facultate. Sero nimis id factum, dictamque confirmatoriam in rem judicatam prolapſam, illamque paritoriam contra quam Reviſio introducta, pro inhæſiva; ſicque in appellabili habendam fuiſſe, quisque fatebitur. Unde dicta in Cauſa v. Münzesheim contra v. Mitſchefall

Sent. Menſe Nōv. 1760. publ.

In entſchiedener Sachen & reliq. Iſt die durch Not. Colbre interponirte Reviſio theils als verſpathet, theils als ohnzuläßig, nicht angenommen, ſondern Dr. Ruland ohngenugſamer Paritions-Anzeige ohngehindert, glaublich zu dociren, daß dem Ausgang verkündt und reproducirten Kayſerl. Mandato de exequendo gehorſamlich gelebet ſeye, annoch Zeit 1. M. p. t. & p. v. a. w. angeſetzt, mit dem Anhang, wo er deme alſo nicht nachkommen wird, daß ſeine Principalſchaft jetzt alsdann und dann als jetzt in die berührtem Mandat einverleibte Poen fällig erklärt ſeyn ſolle.

Quo vero Executio etiam ad expenſas extendatur, nec opus ſit, ut pro extenſione ſpecialiter imploretur, vel mora in exequendo, ob nondum factam taxationem Expenſarum deſignatarum, a Commiſſario nectatur, Taxatoriam ſtatim adjici, rationis eſt, uti ſervatum in dicta Cauſa:

Dann ſeynd puncto Expenſarum die durch Dr. v. Zwierlein |86| deſignirt übergebene Gerichts-Koſten auf Sechs Hundert Fünfzig Vier Gulden Zehen Kreutzer gemäßiget, taxirt, und anerkannt, ſchwören Appellaten ſelbſt, oder durch ihren bevollmächtigten Anwald einen Eyd zu GOtt, und auf das Heilige Evangelium, daß ſie in dieſer Sache obgedachte Summe darob und nicht darunter ausgegeben, und erlitten haben, daß alsdann Appellant ſolche in Zeit 6. Wochen und 3. Tagen, den nächſten nach Erſuchung an dieſes K. C. G. zu erlegen und zu bezahlen ſchuldig ſeyn ſollen.

OBSER-

# OBSERVATIO DLXXV.

*Reviſio contra Paritoriam ad Mandatum attentatorum revocatorium deneganda eſt.*

Attentata pro ſpolio manifeſto maxime poſt paritoriam habenda ſunt: ſique ipſe Judex a quo attentavit, ceu ſpoliator manifeſtus ni confeſſus conſiderandus eſt.

Certe Judex, qui de facto procedit, pro ſpoliatore habetur, & ſpoliatum ante omnia reſtituere debet (*a*), licet judicialiter, ſed nulliter proceſſerit (*b*).

In Cauſa ſpolii manifeſti vero Reviſioni locum non eſſe, jam obſervavi Hor. mear ſubſeciv. P. I. Comment. l. §. 20.

Hinc attentante Judice ipſo in Cauſa Müller contra Mülleriſche Inteſtat-Erben Menſe Nov. 1760. Sent. publ.

In Sachen Matthias Müllers Junioris Nahmens ſeines minderjährigen Sohns Michael Müller wider Mülleriſche Inteſtat-Erben und Conſ. App. una cum Mandato Attentatorum caſſatorio, & reſtitutorio ſimplicis & ulterioris S. C. ejusque extenſione, nunc interpoſitæ Reviſionis: Iſt die durch Notarium Feyerlein vermeintlich eingeführte Reviſion, als bey einem offenbaren gegen die interponirte Appellation verübten Attentato ohnſtatthaft nicht angenommen, darauf Lic. Scheurer ſein des Mandati de manutenendo halber beſchehen Begehren n. ſ. Z. abermahls abgeſchlagen, ſondern Lic. Weylach alles fernern ohnerheblichen Einwendens ohngehindert, glaubliche Anzeig zu thun, daß dem ausgangen, verkündt und reproducirten Kayſerl. Mandat, und denen unterm 10ten Maji 16. Junii jüngſthin ergangenen Paritori-Urtheilen gehorſamlich gelebt ſeye, annoch Zeit 1. D. p. t. & p. v. a. w. angeſetzt, mit dem Anhang, wo er deme alſo nicht nachkommen wird, daß es alsdann puncto Pœnæ bey gedachten Urtheilen pure bleiben, und das gebethene Mandatum de manutenendo ohne weiteres Anruffen aus der Canzley verabfolget werden ſolle.

OBSER-

(*a*) *c. Sæpe X. de Reſtit. Spol. Stryck Vol. III. Diſp.* 23. *c.* 2. *n.* 84. (*b*) *Boehmer. Conſult. T. II. MXX.* 8.

## OBSERVATIO DLXXVI.

*Petita eventualiter ſaltem Reſtitutio J. J. eum effectum ſuſpenſivum habet, ut ulterius progredi non liceat, quam rejecta fuerit.*

Sic in Cauſa Malfaire contra Status Leodienſes in ſupplica extrajudiciali de 16 Sept. 1760. expoſuit Procurator appellatorum, quod Principales ſui in |112| pro Reſtitutione J. J. eventualiter ſupplicaverint, allegando ſententiam Cameralem d. 17. Julii 1759. deſuper latam, ubi Actoria ad |112| data ſit.

Aſt hæc Actoria tantum ibi allegata Adjuncta concernebat, ſicque cætera contenta tacite, & ex poſt in ſequenti ſententia de 20. Dec. Cauſa amplius per Receſſus orales inſtructa, omnia ulteriora obmota rejecta fuerė. Hinc ea, quæ dicebantur, poſtulata Reſtitutione J. J. omnia in eodem ſtatu manere debere, nullam merebantur attentionem: quippe per Rejectionem omnium ulteriorum obmotorum, dicta Reſtitutio ſaltem eventualiter petita, quoque rejecta fuit, & quicquid de prætenſa ſub- & obreptione dicebatur, id minime relevabat.

Hinc Paritoria ulterior ad Sententiam Menſe Oct. 1760. lata.

## OBSERVATIO DLXXVII.

*De Differentia inter Jus Diœceſanum, Jurisdictionem Eccleſiaſticam & Jus reformandi.*

§. 1.

Differentiæ hujus diſcuſſioni anſam dedit in Cauſa famigeratiſſima Reſolutio Quæſtionis: *An Dominus Territorialis Catholicus Laicus capax ſit Jurisdictionis Eccleſiaſticæ in ſubditos ſuos A. C. addictos?*

Et cui non dictus Hylas? Conclamata enim eſt & celebris hæc quæſtio, quæ tamen vel acutiora ingenia non parum exercuit. Proſtant hâc de re in publicum ſcripta amoebea, Rittmeieriana, Moſeriana ab una ſcilicet Affirmantium; Meyeriana & Pfaffiana, ab altera negantium, nempe parte (*a*). Quibus addi merentur elegantiſſimæ & plane aureæ b. à Zech Meditationes de Jure Reformandi, ubi hanc quæſtionem ſolidiſſime enucleavit, & argumentis invictiſſimis negativam quoque propugnavit.

§. 2.

(*a*) In der Staats-Canzley *diverſis paſſim locis*, *& in Collectione peculiari Lipſiæ edita. Item Pfaffii* Academ. Reden über das Geiſtl. Kirchen-Recht.

§. 2.

Si quod res eſt dicendum, Jus circa ſacra tanquam genus omnium reliquorum Jurium eccleſiaſticorum, proprie à Jure Diœceſano non differt, niſi forte in hoc, quod illud de Jure Principum quà talium, hoc potius de Epiſcoporum jure prædicetur.

Interim jura hæc circa ſacra ſtatibus Imp. competentia, & poſt Reformationem ſacrorum per pacem Religioſam & Weſtphalicam ſtabilita atque determinata variis inſigniuntur prædicatis in Inſtrumento pacis.

Modo enim appellantur Jus Reformandi, modo Jus, quod ſtatibus immediatis ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis competit (*b*); modo Jus Diœceſanum & Jurisdictio Eccleſiaſtica (*c*) modo Jus Epiſcopale (*d*), modo liberum Juris territorialis tam in Eccleſiaſticis, quam Politicis exercitium (*e*), modo denique Jus circa Sacra. (*f*)

§. 3.

Interim tamen ante omnia ſedulo ab invicem diſtinguenda ſunt Jus Diœceſanum, Jurisdictio Eccleſiaſtica, & Jus Reformandi. Hæc enim qui confundit, uti ſæpiſſime fieri ſolet, ſumma imis miſcet, & argumenta nectit plane perverſa.

Primo igitur advertendum eſt, Jus Diœceſanum, & Jurisdictionem Eccleſiaſticam inventa eſſe Juris Canonici, hoc, Jus Reformandi vero Juris mere Publici, quippe cujus denominationem ignorant plane Jus Canonicum. Videamus ergo, quid unum quodque horum Jurium proprie inferat, denotetque.

§. 4.

Diœceſanum Jus, uti ipſiſſima verba indicant, à Diœceſi, ſeu Epiſcoporum territorio ſacro nomen habet. Eſt igitur nihil aliud, quam Epiſcopi ſuperioritas territorialis Eccleſiaſtica, & complectitur omnes actus, juraque quibus Eccleſia per Epiſcopum regi ſolet. Differt itaque à Seculari Superioritate & objecto & ambitu, cum ſcilicet hæc non Eccleſiam principaliter nec eccleſiaſtica reſpiciat, & intra fines territorii ſit exercenda: Jus vero Diœceſanum ad regendam eccleſiam primario tendit, & ultra Territorii ſecularis terminos progreditur libere. Unde patet, Jus hoc Diœceſanum proprie eſſe Epiſcoporum tantum, non ſecularium Principum, vel territorialium dominorum.



(*b*) Vid. Artic. V. §. 30. 39. 42. 44. & Art. VII. §. 1. (*c*) Art. V. §. 48. (*d*) Art. VII. §. 1. (*e*) Art. VIII. §. 1. (*f*) Art. XIII. in fin.

Sub hoc Jure Diœceſano, tamquam univerſali quaſi Jure circa Sacra, ſecundum principia Juris Canonici comprehenditur Jurisdictio Eccleſiaſtica, quæ proprie ſumta conſiſtit in cognitione

tam de cauſis clericorum civilibus, ſpiritualibus & criminalibus, quam

de cauſis Laicorum ſpiritualibus, & quæ ſunt mixti fori, veluti matrimonialia, &c.

Differt itaque à Jure Diœceſano tamquam pars à toto, & quemadmodum ſecularis Jurisdictio à ſeculari territoriali jure. Cui ergo totum competit, illi quoque pars. Illud autem, uti dixi, ad ſolos Epiſcopos ſpectat, ergo & hæc.

§. 5.

Alius plane indolis eſt ſupra nominatum Jus Reformandi, quod à Jure publico, non Canonico ſuam habet determinationem.

Late quidem nonnunquam ſumitur pro Jure Principis circa Sacra Majeſtatico conſiſtente in ſola inſpectione generali in Eccleſiam, tamquam Collegium in Republica ſubſiſtens, ad hunc potiſſimum finem, ne aliquid detrimenti capiat Reſpublica, forte ab ejusmodi Collegii inordinato & noxio regimine.

Hinc patet, recte ſcribere laudatum ZECHIUM, *Imperantem omnia ea reformare poſſe atque tollere e Republica, quo ſinguli cives atque univerſa ſocietas læduntur, & quo minus officio ſuo fungi poſſint, impediuntur. Jus ergo habebit Imperans omnia dogmata noxia tollendi, &c.* (g)

In ſpecie vero & proprie circa reformandos abuſus occupatur, & Jus eſt majeſtaticum, civile & ſeculare, non Eccleſiaſticum, licet Eccleſiæ negotia quodam modo reſpiciat.

Et re penitius inſpecta, primarius ejus finis tantum politicus eſt, quippe qui ad tuendam rempublicam contra damna ab abuſibus in Eccleſia exortis tendit.

Competit ergo hoc Jus Principi, quâ tali, & jure territorii (h), nec ab ulla qualitate, quam hac dependet, ib. §. 42. & ſic neque ſub Jure Diœceſano, neque Jurisdictione Eccleſiaſtica comprehenditur, ſed diverſam plane conſtituit ſpeciem. (i)

§. 6.

Separatis itaque, uti par eſt ab invicem Jure Diœceſano, Jurisdictione Eccleſiaſtica & Reformandi Jure, & vindicatis illis juxta propria

Dnor.

(g) Vid. Medit. d. Jur. Reform. p 72. (h) Vid. Inſtrum. Pac. W. Art. V. §. 30. (i) Vid. inprimis textus Art. V. §. 29. verbis. tum ratione Juris Reformandi, quam *NB.* aliorum caſuum Religionem concernentium & Ill. Zech in Medit. J. R. p. 141.

Dnor. Catholicorum principia ſolis Epiſcopis; hoc Principi, vel cuique territoriali domino; ſtatim patebit, huic quà tali, nullam competere Jurisdictionem Eccleſiaſticam in proprios & ſuæ Religionis ſubditos, quippe quam ſub execratione & banni comminatione vel inviti Epiſcopis ſummi Pontificis vicem gerentibus reliquerunt in propriis ſuis territoriis Principes Catholici ſeculares.

§. 7.

Videndum itaque num plus Juris ſibi arrogare poſſint ejusmodi Principes in ſubditos ſuos, qui tempore Reformationis Romanorum caſtra deſeruerunt, & A. C. dogmata ſecuti ſunt. Et non videtur. Loquimur autem hic de caſu, ubi liberum ſuæ Religionis exercitium habent tales ſubditi.

Notum autem eſt, poſt reformata Sacra, & quidem primum in Pace Religioſa, poſtea autem plenius in inſecuta Weſtphalica Jurisdictionem Eccceſiaſticam, & ſummi ipſius Pontificis, & Vicariorum ejusdem Epiſcoporum, contra A. C. addictos plene eſſe ſuſpenſam ad Chriſtianam religionis diſſidii compoſitionem uſque. (*k*)

Suſpenſa eſt ergo, ipſi ita volunt Dni Catholici, non plane ſublata hæc Jurisdictio, quorum utrumque an moraliter & politice conſideratum multum differat, nunc quidem non diſquirendum.

Si ſuſpenſa autum eſt ſolum, non poterit eſſe penitus translata in alios, ſed jura ejus ſalva manere debent, ut, ſi caſus foret dabilis, reviviſcerent olim, & ad priſtinos redirent ſuos dominos.

§. 8.

Cum vero Eccleſia, tamquam fidelium ſocietas absque regimine quodam interno, & Eccleſiaſtica Jurisdictione conſiſtere nequeat, quæritur: cui interim ſaltem competat, donec forte aliquando reſtituatur? Non Epiſcopis; nam horum jura dormiunt quaſi ita, ut neque per ſe exercere poſſint illa amplius, nec, quæ ipſi non habent, minimum quoad exercitium aliis cedere poſſint.

Aſt forte regeritur, ſuſpenſa hac peculiari ſpecie Jurisdictionis, abſorberi illam per univerſalem Jurisdictionem Secularem, quæ eſt domini territorialis cujuscunqe; repugnare quoque Juris Publici principiis, ut ſubditi qui ſunt, imperio non ſubſint, & pro arbitrii ſui modulo vivant, ideoque veluti ſtatum in ſtatu formarent.



(*k*) Vid. Pax Religios. §. & Weſtph. Art. V. §. 48.

§. 9.

Specioſa ſunt, fatendum, hæc argumenta, non tamen omni plane exceptione majora. Primo enim Jurisdictionem in Eccleſiam à ſeculari diverſam eſſe, & huic neceſſario non adhærere, docet ipſum ſuſpenſæ Jurisdictionis eccleſiaſticæ argumentum, cum antea ſcilicet aliam haberet Epiſcopus, aliam Dominus territorialis Jurisdictionem.

Quia igitur Princeps Catholicus quoad Eccleſiaſtica nullum in ſubditos ſuos exercuit imperium, abſque omni vitio contradictionis, vel ſtatus in ſtatu nota, eique ſemper tamen manſit liberum jus ejus territoriale, nequidem lynceis perſpicere licet oculis, quid impedimenti hac in re attulerit Religionis mutatio, & cur non perinde ac antea Jurisdictionem eccleſiaſticam in ſubditos ſuos alius rurſus haberet, quam ipſe Dominus.

Accedit quod hic inſpectionem generalem & Jus ſuum reformandi abuſus vi juris territorialis exercere poſſit, & ſic, ne ex hac mutatione Reſpublica aliquid detrimenti capiat, cavere, & curare.

§. 10.

His poſitis ergo, cum Princeps, vel dominus territorialis Catholicus neque jure territorii ſibi aſſerere poſſit hanc Jurisdictionem, neque ullum ceſſionis validum titulum hanc in rem allegare, ſequitur, ſubditos mutata Religione, quoad hanc, & Eccleſiæ regimen ad ſtatum Juris Gentium & naturalem libertatem rediiſſe, & ſic in Eccleſiaſticis gaudere αὐτονομίᾳ eadem, quâ quaſi ſunt membra primitivæ eccleſiæ N. T. ita, ut totum hoc Regimen ab ipſis pendeat, quod vel Collegialiter poſſunt exercere, vel pro lubitu in tertium conferrè, ſalva tamen ſemper, uti ſæpius dictum, generali inſpectione & directione Domini territorialis in negotiis, quæ influunt in ſtatum politicum.

In hoc ergo αὐτονομίας Eccleſiæ ſtatu ſemper & ſedulo diſtinguenda ſunt Jura Principis in Eccleſiam majeſtatica, & illa, quæ habet, ſi membrum ſit Eccleſiæ, quà membrum. Illa ſcilicet e regulis ſummi Imperii, hæc e principiis ſocietatis dijudicantur, ita ut Princeps quà membrum Eccleſiæ regulariter plus Juris non habeat, quam ullum aliud, licet maxime inferioris conditionis.

§. 11.

Quemadmodum vero ſæpiſſime fit, ut propter ſummam Principis eminentiam, poteſtatem, & defenſionis, ſive Advocatiæ ſpem, in hunc omnia ſua Jura & Jurisdictionem conferant reliqua membra Societatis Eccleſiaſticæ, ſi ſcilicet eſt e gremio Eccleſiæ & Collegii, tunc quidem Juris-

Jurisdictione gaudet, aſt tamen neutiquam Majeſtatica, quamvis ea à Majeſtate tunc ſimul exerceatur; ſed mere conventionali, qualis originarie & proprie eſt omnis Principis Jurisdictio in Eccleſiam. Et perinde eſt, ſive tacito, ſive expreſſo conſenſu acquiſiverit Princeps hæc jura, alias Collegialia tantum totius Eccleſiæ.

Jam vero adſtructa & poſita hâc αὐτονομία ſubditorum Proteſtantium, ſub imperio Domini Catholici degentium; quærere licebit, an unquam facile ejusmodi translata ab Eccleſia in ſe probare poterit hæc collegialia jura? Vix & ne vix quidem caſus dabilis.

Nam expreſſe certe ſubditi nunquam in Dominum diverſæ Religionis abire ſinent egregia hæc libertatis ſigna: tacitum autem conſenſum allegare, quis horum Dominorum non erubeſceret? præſumptione contraria ſemper contra eum militante.

Nec ſane alia ſuadent cauſa & ratio tam Religioſæ, quam inſecutæ Weſtphalicæ Pacis; vel utriusque præcipit diſpoſitio. Cum enim Religionis diſſidium, & inde enatum bellum & huic & illi anſam dederit, in eoque occupata fuerit utraque transactio, ut Religionis libertas reſtitueretur, quod non, niſi ſublato imperio in diverſæ Religionis ſtatus & ſubditos, fieri poterat; in aprico eſt, cauſam ſuſpenſæ Pontificis & Epiſcoporum Jurisdictionis in Proteſtantes nullam fuiſſe aliam, quam Religionis diverſitatem, hincque profluens odium, & quæ hoc ſequuntur, metum atque oppreſſionis ſuſpicionem.

Quid autem quæſo, profeciſſent Proteſtantes, ſi excuſſa Cleri Catholici Jurisdictione rurſus alii, & magis forte ob conjunctam poteſtatem territorialem metuendo, ſcilicet Principis, vel domini territorialis Jurisdictioni Eccleſiaſticæ ſe ſubjicere fuiſſent paſſi? Utriusque enim, quoad Religionis differentiam, par eſt ratio, & Epiſcopi Diœceſani, & Domini Territorialis.

Ubi vero eadem ratio, ibi quoque eadem Legis & transactionis diſpoſitio præſumitur. Repugnat itaque ejusmodi doctrina rationi Legis, & menti paciſcentium. Quid? quod, ſi alia ſediſſet ſententia vel Proteſtantibus tunc temporis, nunquam conſenſiſſe credendi ſunt.

Epiſcopi & Diœceſani, qui ſic cauſam ſuſpenſionis nullam amplius agnoſcentes, & recte quidem, nunquam in favorem dominorum territorialium ſuo jure excidere voluerint.

§. 12.

Ad expreſſam autem dictarum LL$^{um}$ Imp. diſpoſitionem, ſi reſpiciamus, nullus profecto ex iis excitari poterit locus, in quo Dominis terri-

torialibus adſignata fuiſſet atque ceſſa, quæ ademta erat Epiſcopis Jurisdictio Eccleſiaſtica. Nihil illis enim vi Juris territorialis tributum eſt, præter ſolum Jus Reformandi ab hac, uti pluribus oſtenſum, longe diverſum. Expreſſa igitur talis ceſſio & diſpoſitio nullibi invenitur.

Immo vereor, ut juxta vera & genuina hermêneutices principia ullum adæquatum Legis argumentum ſaltem, vel analogiam exſculpat vel acutiſſimus Juris Publ. Doctor.

§. 13.

Fruſtra ergo a Territorii Dominis provocatur ad celebrem illum §. 48. Art. V. J. P. W. *Jus Diœceſanum* ejusque verba: *intra terminos territorii cujusque ſe contineat*, *ſcil. Jus Diœceſanum & Jurisdictio Eccleſiaſtica.*

Nam totum hunc §phum loqui de ſuſpenſa Jurisdictione Cleri Catholici & Epiſcoporum, oſtenderunt jam pluribus *HENNIGES* (*l*) & noviſſime omnium optime *PFAFFIUS* in denen academiſchen Reden, immo, & verba, & contextus ad oculum demonſtrant.

Scilicet, uti ſupra jam diximus, nec Diœceſis, nec ergo Jus Diœceſanum alii, quam Epiſcopo competere poteſt, ſecundum ipſiſſima Dnor. Catholicorum Principia.

Ergo hic nullus ſermo eſſe poterat de ſuſpenſione juris dominorum territorialium, quod nunquam habuerunt, vel de quo tunc ne quidem cogitarunt. Verbum autem, *ſuſpenſa*, ſupponit facultatem antea competentem.

Supra dicta verba: *intra terminos territorii cujusque*, pertinent tam ad Clerum Catholicum, qui antea ultra ſuum territorium ſeculare Jus proferebat Diœceſanum; quam ad ipſos ſolos Proteſtantes inter ſe, ne ſcilicet ſub prætextu ejusmodi Juris Diœceſani quod olim terris eorum, antequam ad ſeculum redigerentur, competierat, aliquid ejusmodi ſibi adhuc arrogarent, mutato harum terrarum ſtatu. Hunc enim genuinum ſenſum eſſe hujus vexatiſſimi loci, cum Hennigeſio firmiter ſtatuimus, quicquid obloquantur denique alii DDres, & inter hos ipſe acutiſſimus alias Dnus Pfaffius l. c.

Porro, nec opitulabitur Dominis territorialibus ſtipulata in Inſtrumento P. W. inter utriuspue Religionis ſtatus mutua atque exacta æqualitas. Hanc enim 1mo cum grano ſalis & poſitione terminorum habilium eſſe intelligendam, & natura rei poſtulat, & ipſa allegata Lex Imp. docet his verbis:

*Qua-*

(*l*) In Meditat. ad h. text.

*Quatenus formæ Reipublicæ Conſtitutionibus Imperii, & præſenti conventioni conformis eſt (puta, dicta mutua æqualitas)*

Corruit itaque argumentum, quod maximopere urget cl. *NELLERUS* in elegantibus ſuis Principiis Juris Publ. Eccl. (m): Ubi modo adductam limitationem obſcuritatis & nimiæ generalitatis vitii arguit præter neceſſitatem, 2do, nec ſic videtur violari hæc æqualitas: cum ſcilicet Proteſtantes viciſſim Jurisdictionem in Catholicos ſuos ſubditos arrogare ſibi non poſſint, uti recte, meo quidem judicio, contra B. *BOEHMERUM* aſſerit & probat argumentis ſat validis, Dn. *PFAFFIUS l. c.* cui adſtipulatur experientia & praxis propemodum communis.

§. 14.

Denique quomodo Domini territoriales in hoc articulo melioris conditionis eſſe poſſent, quam Epiſcopi, qui tamen ſimul ſuperioritate territoriali gaudent, tamquam Principes Imperii? His vero expreſſe Jurisdictio in ſubditos diverſæ Religionis ademta eſt, juxta Art. V. P. W. §. 48. ubi ſimul exceptio à regula, & hujus rurſus limitatio continetur.

Et ſic tandem firmiter concludimus ſupra propoſitam Quæſtionem de Jurisdictione Eccleſiaſtica à Dominis territorialibus in ſubditos diverſæ Religionis prætenſa, tam ex ipſis principiis Juris Canonici, quam Publici univerſalis & particularis Imperii noſtri, negative eſſe decidendam.

Nec eſt cur ad ſolam inhabilitatem illam perſonalem & Canonicam tantopere recurramus, cum alia longe fortiora argumenta ſuppetant. Nec ſic tamen *NELLERI*, *BANNIZAE*, aliorumque exceptionem: *Veſtra non intereſt*, multum reformidaremus. Tó enim *intereſt*, hic ſatis conſpicitur cum jura Proteſtantium impediantur talis Jurisdictionis exercitio, & Epiſcopi jam non amplius habeant jus contradicendi.

## OBSERVATIO DLXXVIII.

*In decidendis Cauſis feudalibus potius ad Conſuetudines Curiæ feudalis quam loci rei ſitæ reſpiciendum eſt.*

Pone provocari ad conſuetudinem: in ſucceſſione feudali fœminam proximiorem excludere Agnatum remotiorem.

Optime in Cauſa v. Ledebour contra v. Voſs Menſe Febr. 1735. Rationes ſic ſubduxerunt Marburgenſes:

Wenn auch ſchon der Terminus probatorius nicht deſert worden; ſo könte doch ſolches wenig helffen, weil die Frau Wittib v. Ledebour die derſelben

(m) Cap. 15. §: 14.

ſelben in judicato zu erweiſen auferlegte beſondere Lehensgewohnheit rechtlicher Gebühr nach nicht erwieſen. Dann ob zwar aus obbemeldtem privilegio Monaſterienſi und præjudicio Osnabrugenſi ſo viel erſcheinet, daß im Münſteriſchen und Osnabruckiſchen, (worin die Lehen-Quæſt. gelegen) einen Agnatum remotiorem proximior Cognata à ſucceſſione feudali excludire, und nicht in Abrede zu ſtellen, daß einige DD. dafür halten, quod ſi diverſæ ſint conſuetudines ſuccedendi in feudo, conſuetudo loci, **ubi** feudum ſitum obſervanda ſit,

Roſenth. de Feud. c. 1. concl. 14. n. 21. add.
Struv. S. J. F. c. 1. aph. 12.
Anton. Diſp. Feud. 1. th. 1. lit. m.

So findet dennoch dieſe Meynung nicht von allen Beyfall, und wird insbeſondere von

Gœdd. in Conſ. Marp. Vol. 4. Conſ. 34. n. 800. & ſeqq.

mit vielen und ſtarken Gründen in Zweiffel gezogen, allwo er n. 812. lehret, quod in Jure ſucceſſionis inveſtitura inſpecienda & ex moribus regionis, ubi facta eſt ſive Curiæ conſuetudine, & non rei ſitæ, interpretanda ſit, quam ſententiam communiorem eſſe teſtatur.

Thummermuth in Tr. Krumſtab ſchleuſt niemand aus n. 365.

Weilen nun Quæſt. Lehen zur tecklenburgiſchen Lehen-Cammer unſtreitig gehören, als können die im Münſteriſchen, und Osnabrückiſchen hergebrachte Lehensgewohnheiten und Statuta allhier in keine Conſideration gezogen werden: zumahlen da ſelbige in ante Actis bereits vorkommen, und dem ungeachtet in der rechtskräftigen Sentenz (wovon nicht abzugehen) als irrelevant übergangen, mithin tacite verworffen worden. Daß aber in dem Tecklenburgiſchen eine dergleichen Lehensgewohnheit hergebracht seyn ſolle, wird durch obbemeldtes Atteſtatum ſub Lit. H. nicht erwieſen: inmaſſen aus dem einigen darin enthaltenen Exempel, daß nehmlich einer nahmens Steding ſeinen Sohn vom Lehen exhærediret und ſolches ſeiner Fräulein Tochter geſchenkt, nicht zu ſchlieſſen (zumahlen nicht conſtiret, ob der Sohn dabey acquieſciret) daß im Tecklenburgiſchen eine nähere Frauensperſon einem agnoto remotiori in ſucceſſione feudali vorzuziehen ſey: Primaria enim conſuetudinis probandæ ratio in hoc verſatur ut conſtet ſecundum eam ſemel atque iterum ſolenniter judicatum eſſe.

Vol. 1. Conſ. Marp. 3. n. 7.
Et vol. 4. Conſ. 6. num. 6. 7.
Mev. P. 5. Deciſ. 285. n. 4.

Et quamvis ſecundum aliorum etiam in Camera receptam opinionem, præciſe non requiratur, ut contradictorio judicio firmata ſit conſuetudo: id

id tamen extra dubium, per unicum actum nec induci nec probari conſuetudinem, ſed actuum frequentiam, requiri,

Sixt. V. 2. Conſ. Marp. 11. n. 72. ſeqq.
Mev. S. 4. Deciſ. 3. n. 6.

& conſuetudinem in iisdem, in quibus controverſia verſatur terminis ſive in individuo, & ſpeciatim in illo caſu, qui venit in controverſiam, concurrentibus omnibus qualitatibus quæ ſunt in facto controverſo, probandam eſſe

Cothm. Vol. 5. Reſp. 5. n. 68.
Mev. D. l. n. 7. & P. 7. Deciſ. 254. n. 13.

Und, was endlich (5.) die obmovirte exceptionem inqualificationis angehet, hat der Herr von Voſs in ante Actis Vol. 1. fol. 21. & ſeqq mit 67. Documentis und daraus verfertigten 9. genealogiſchen Tabellen die Verwandtſchaft der beyden Voſſiſchen Häuſer zum Bœckel und Mundelenburg zu erweiſſen ſich angelegen ſeyn laſſen, wogegen die Frau Wittib von Ledenbour nichts erhebliches beygebracht, ſondern es beym bloſen negiren meiſtentheils bewenden laſſen. Welchem hier zukommt, daß der Herr Advocatus Fiſci die Verwandtſchafft der beyden Häuſer in ſeinem von hochlöblicher Regierung erforderten Gutachten Vol 1. fol. Act. 350. nicht allein anerkant, ſondern auch die Exceptio illegitimationis (ob ſie ſchon cum proteſtatione de ſe non intromittendo, antequam deciſa fuerit, obmoviret worden) in der rechtskräftigen Sentenz nicht attendiret, ſondern nichts deſtoweniger der Frau von Ledebour ihre nähere Verwandſchaft zu erweiſen auferlegt worden: At vero Exceptio ſemel oppoſita, ſed per ſententiam in rem judicatam prolapſam, licet tacite rejecta, denuo opponi nequit.

Carpz. lib. 2. Reſp. 4. n. 3.

Aus welchem allem (6.) unwiedertreiblich folget, daß nachdem die Frau von Ledebour die ſpecielle tecklenburgiſche Lehensgewohnheiten wie ſich zu recht gebühret nicht erwieſen, es bey denen gemeinen Lehenrechten, welche in caſum deficientis cujusvis loci conſuetudinis pro norma Decidendi in cauſis feudalibus, juxta

Gloſſ. & DD. communiter in 2. Feud. 1. c. 1.
Roſent. de Feud. L. 1. C. 15. in not. lit. a.
Anton. Diſp. feud. 1. O. 1. lit. m.
Struv. S. J. F. C. 1. aph. 11. n. 11. 13.

notorie zu halten, ſein Verbleiben haben müſſe; einfolglich die verwittibte Frau von Ledebour die Quæſt. 3. Lehenrührige Bauershöffe an Herrn Henrich Victor v. Voſs abzutretten ſchuldig, Explorati enim juris eſt, quod in

in feudo ſoli maſculi ſuccedant excluſis fœminis; quin & in feudo fœmineo non aliter fœminæ ſuccedant, quam deficientibus maſculis

Per textum expr. in 2. Feud. 30.

Vultej. de Feud. c. 9. n. 49.

Quibus Domini calculum ſuum adjecere Sententiam ferentes, quæ in obſerv. ſequ. occurrit.

## OBSERVATIO DLXXIX.

*Ob neglectam intra terminum a judice præfixum Actorum redemtionem, abſolutio a Citatione decernenda eſt, etſi poſtea Acta producta fuerint.*

Ita Referens in Cauſa v. Ledebour contra v. Voſs:

Das Objectum Litis ſind im Münſter und Osnabrückiſchen gelegene drey Baurenhöfe, welche von der tecklenburgiſchen Lehencammer zu Lingen Lehensrührig, und von der Frau von Ledebour beſeſſen werden, die ſie aber vermög Urthel de 21. Febr. 1735. an die von Voſs abzutretten condemnirt worden.

Es hat gedachte von Ledebour davon ad Cameram Imp. appellirt, und Proceſſus Appellationis d. 28. April. 1735. auch von Sr. Königl. Majeſtät in Preuſſen ein Reſcript an erwehnte Lehenscammer d. 30. Jun. 1753. erhalten, daß Appellantiſchem Theil, ein Terminus ad redimendum Acta angeſetzt werden ſolle, weil er damit zauderte, Judex a quo auch ob prætenſam non devolutionem ex capite Summæ non appellabilis die Acta ante dictum Reſcriptum einzuſenden ſich weigerte.

Ohngeachtet nun 6. Wochen a Judice a quo pro redimendis Actis d. 20. Dec. 1753. præfigiret, auch den 18. April 1754. dilatio geſtattet worden, laut |34| ſo iſt doch innerhalb ſothaner Friſt weder redemtio geſchehen, noch Documentum factæ ulterioris Requiſitionis Actorum beygebracht worden.

Dannenhero D. Ludolf d. 7. April 1755. pro deſertoria vel abſolutione a Citatione eingekommen. Welches denn Partem Appellantem bewogen haben mag, die Acta jedoch, erſt den 23. Martii 1757. ausweis Protocolli Actorum zu produciren, ohngeachtet er ſie ſchon theils im Julio und theils im Auguſto 1754. laut Regierungs Atteſt. |[illegible]| erhalten hatte.

Da nun D. Ludolf der Deſertion inhæriret; ſo iſt die Frage, ob darauf zu erkennen?

Die

Die Verordnung Receſſus Imperii Nov. §. 63. iſt klar, daß in der von Richter voriger *Inſtanz* angeſetzten Zeit, *Appellant* die *Acten* ferner zu *requiriren*, und deswegen *ulterius Documentum* vorzubringen *ſub præjudicio abſolutionis a citatione* verbunden ſeyn ſolle.

Nun iſt ſolches weder intra Terminum præfixum, noch dilationem conceſſam geſchehen: denn der Terminus derer 6. Wochen lief von dar an bis zum 29. Martii 1754.

Geſetzt auch, daß die Dilation zeitig gebethen worden wäre; ſo hatte ſich dieſelbe doch vom 29. Martii an bis zum 10. May incluſive erſtrecket: gleichwohlen ſind die Acta erſt im Julio und Auguſto d. a. redimirt, und erſt im Martio 1757. beygebracht worden; Wie nun, ſo bald der Terminus und conceſſa dilatio elabiret, Pars appellata ſo fort ein Jus Quæſitum erlanget, ſo ihme durch die verſpatete nochmalige Production nicht wieder benommen werden können; alſo ergiebt ſich die Concluſion von ſelbſten, daß nunmehro abſolutio a Citatione vi allegati Receſſus Imp. zu erkennen ſeye, immaſſen denn auch dieſelbe in caſu ſimili, Prælatens zu Michelberg contra das Hildburghauſiſche Amt Sonnenfeld auch ſo gar contra Eccleſiam erkannt worden.

Es kan dieſes auch um ſo mehr geſchehen; als die Sache ſelbſt von keinem groſſen Belang iſt, ſo daß auch non devolutoria ex capite ſummæ non appellabilis gebethen worden, annebſt die Merita Cauſæ nichts taugen: anerwogen es darauf ankommt, ob juxta Conſuetudines Curiæ feudalis Tecklenburgicæ in ſucceſſione feudali, fœmina proximior, Agnatum remotiorem excludire; welche rechtlicher Gebühr nicht erwieſen werden können, da zwar im Osnabrück und Münſteriſchen, wo die Güter gelegen, ſolches obtiniren ſolle. Die Facultæt zu Marburg aber gar wohl in Rat. Decid. Sententiæ a qua deduciret hat, quod in decidendis Cauſis Feudalibus ad Conſuetudines Curiæ feudalis potius, quam loci rei ſitæ reſpiciendum ſit.

Vnde Sent. Menſe Nov. 1760. publ.

In Sachen von Ledebour Appellanten eins, wieder Henrich Victor v. Voſs zu Bœckel Appellaten andern theils, iſt erkannt, daß gedachter Appellat wegen muthwillig verzögerter Einbringung Actorum priorum, von ausgangener Ladung zu abſolviren und entledigen, auch die Sache an Richter voriger Inſtanz zu remittiren und weiſen ſeye; als wir hiermit abſolviren, entledigen, remittiren und weiſen, Appellanten in die Gerichtskoſten an dieſem Kayſerl. Cammergericht derenthalben aufgelauffen, nach rechtlicher Ermäßigung fällig ertheilend.

## OBSERVATIO DLXXX.

### *Exceptio a jure agendi contra Tertios deſumta, æque minus ac Exceptio de jure tertii, præſertim in Cauſa Cambiali executiva, attentione digna eſt.*

Sunt qui interdum ceu debitores, ſolutioni ſeſe hac Exceptione ſubducere, ſaltem remoram objicere tentant: cum tamen Creditores recte replicent, quid a me? Age, & ſolve quod debes; præſertim ex Cambio.

Hinc cum in Cauſa weiland Schwarzen Erben und deren zwey Schwarziſchen Wayſen Vormünderen contra Herrn Grafen Carl Wilhelm Alexander Emil zu Wiedrunkel und die ſubdelegirte Räthe Valentin und Kulp Mandati Arreſti S. C. Procurator Creditorum Exceptionibus ſub & obrept. per mera generalia contradiceret, ſequentem in modum:

Nachdem in Gegneriſchen Exceptionibus ſub & obreptionis gar nichts, als denen moroſen Debitoribus ganz gemein und eigenwillige hingeſchriebene Erzehlungen enthalten ſind, welche gegen klare, und durch verfügte Abſchlags Zahlung vollends iterato agnoſcirte executiviſche Wechſelſchulden und das darauf gerechteſt auch erkandte Mandatum S. C. kundbahren Rechten nach, gar nicht ſtatt finden, zumahlen auch gröſtentheils ſeine Principalſchaft nicht einmahl, ſondern des Hochgräflichen Herrn Impetrati jura contra tertios angehen: nicht weniger der Arreſt wieder Hochdieſelbe um ſo gerechter erkannt als Impetrantes in dem Schreiben ſub N. 7. ad Supplicam pro Mandato ausdrücklich auf die Mütterliche, indeſſen auch behörig inventariſirte, und alſo quoad quantum zur völligen Richtigkeit gekommene Verlaſſenſchafft, der ferneren Bezahlung halber exadverſo ſelbſten ausdrücklich verwieſen; ohne daß dieſe nunmehro abſeiten des hohen Herrn Impetrati anderwärts præſtiret, oder aber ſonſt verſichert worden iſt; als will vermög erhaltener Inſtruction ſub N. 12. erwehnten Exceptionibus pm. g. hiermit contradiciret, und nunmehro fernerweit unterthänigſt gebetten haben, mit Verwerffung alles nichtig und unſtatthafften Einwendens, die Auszahlung des bisherig liquidirt und juſtificirten diſſeitigen Forderungs-Rückſtandes cum intereſſe moræ denen mitbeklagten Commiſſariis fernerweit per Sententiam aufzugeben, und den Hochgräflichen Herrn Beklagten zugleich in omnes expenſas zu condemniren; Referens ſic cenſuit:

Das weitere Einwenden iſt ex prætenſo jure agendi contra tertios hergehohlet, da gleichwohl klagende Schwarziſche Erben lediglich nichts angeht, ob die Gräfliche Frau Mutter Cauſam excluſionis ab Hæreditate uſque ad Legitimam aus der Religions-Veränderung des Herrn Beklagten hergenommen,

men, und was dieſer etwa ſonſten noch wegen der Viandiſchen Erbſchaffts-gelder zu erinnern und zu klagen habe; mithin die dahergenommene Exceptio ſo wenig als Exceptio de jure Tertii attention würdig iſt.

Vnde Paritoria cum condemnatione in expenſas Menſe Dec. 1760. publicata.

## OBSERVATIO DLXXXI.

*Reſtitutio J. J. intra metas Quadriennii a tempore publicatæ Sententiæ computandi extendi nequid, niſi probatum ſit, omnem poſſibilem in perquirendis novis, intra quadriennium adhibitam fuiſſe diligentiam.*

Perilluſtri L. B. de *SENCKENBERG* (*a*) tempus petendæ Reſtitutionis J. J. hodie non eſſe quadriennium, ſed incertum videtur.

Quodſi id concedam, utut Lex ultima C. *de Tempor.* J. J. R. valde obſtet, interponendæ tamen fatale eſſe tempus quadrimeſtre, non poſſum adduci ut credam, quoniam perquirendis novis, non eſt ſufficiens, ſique ex analogia Juris tempus determinetur, cur non tempus legitimum Reſtitutionum ingenere & hic inſpecie locum habeat? Quemadmodum vero hac ratione obtinemus tempus certum; ita quadriennium hoc taliter computemus neceſſe eſt, ne tempus petendæ Reſtitutionis iterum fiat incertum. Quod cum apertum ſit, ſi a tempore novorum repertorum inchœtur; ab hoc comptito utique abſtinendum, ne dominia rerum maneant in incerto totumque jus Præſcriptionum evertatur (*b*).

Nil proin reliquum, quam ut hoc fatale à tempore publicatæ ſententiæ, ſicut in Reſtitutione minorum qui majores facti, a tempore majorennitatis adeptæ, computemus, excepto caſu impoſſibilitatis, quo nempe fruſtra omni poſſibili etſi adhibita diligentia, intra quadriennium nova, ſi quæ veri nominis & relevantia reperta eſſent, perquiri non potuere.

Quo minus autem obſervatio mea 442 ad caſum iſtum extendatur, vetant ratio ibi allegata, caſusque Burgſinenſis impoſſibilitatis allegatus.

Alias in vigore ſuo manet obſervatio XXXI. ad Reſtitutionem J. J. poſt quadriennium, nequidem Eccleſiam admittendam eſſe.

Vnde porro ſequitur, quodſi ſententia ex falſo ſuppoſito & falſa Cauſa lata impugnetur, prout fieri poſſe obſervatio XXXVI. evincit, id vero ex Inſtrumentis noviter repertis fiat, falſitatem intra quadriennium detegendam eſſe, niſi iterum caſus ille impoſſibilitatis probari queat:



(*a*) Medit. Faſc. II. M. VIII. §. 8. (*b*) Conf. Fabric. ad Gail. L. 1. Obſ. XLVIII.

qui etiam ſupponendus in Caſibus, quos *SEELIG* allegavit (*c*) ſicut enim boni publici cauſa cuilibet Actioni ex re vel ex perſona deſcendenti certum temporis ſpatium præſcriptum; ita vel magis providendum, certumque tempus Remediis juris Proceſſibusque præfigendum erat, ut litium tandem ſit finis: utpote ex quo principio & ipſa Querela Nullitatis, ceu contra ſententiam ex falſa cauſa vel alio ex capite nulliter latam, 30. annorum ſpatio circumſcripta habetur.

Quibus ex rationibus in cauſa v. Frenz contra v. Venningem *citat. ex lege diffamari* rejectoria Reſtitut. J. J contra Sententiam de anno 1697. poſt 40. annos petitæ rejatoria d. 5. Nov. 1760. publicata.

## OBSERVATIO DLXXXII.

*Vocabulum LINEAE interdum Gentem, ſeu idem ac vocabulum germanicum* Stamm *Denotat.*

In Cauſa obſervationis præcedentis Domini id exiſtimatum. Sic dicta enim noviter reperta demonſtrarent, Sententiam de A. 1697. contra quam, falſo ſuppoſito eſſe ſuperſtructam, quaſi nempe pars Implorata de Venningen ex Linea primi acquirentis eſſet: cujus contrarium ex Schemate Genealogico noviter reperto eluceſceret.

Nil vero manifeſtius erat, quam quod in Pactis dotalibus, de A 1588. Matris Linea, ſive Venningenſis, Patris ſive Lineæ Flœrsheimenſi, minime vero una Linea Venninggenſis, alteri oppoſita fuerit.

Jam vero Linea Flœrsheimenſis in iisdem Pactis denotatur vocabulo des Stamms Flörsheim. Ergo vi oppoſitionis idem ſignificatus tribuendus Lineæ Venningenſi, in clauſula eorundem Pactorum concernente:

Es iſt auch hiebey inſonderheit abgeredet, und mit beyderſeits Freundſchafft bewilliget, und angenommen, wann ſolche Kinder von beyden Eheleuthen ehelich gebohren, eines oder mehr ohne Leibes-Erben abgehen würden, ſo ſoll je ein Kind das andere, und nicht Vatter oder Mutter, Ahnherr oder Ahnfrau erben; und ſo das lezte lebende auch ohne eheliche Leibs-Erben, das GOtt gnädiglich verhüten wolle, ſo ſoll alsdann, und nach geendigter Leib-Zucht, und Beyſitz, wie oben unterſchiedlich vermeldet, ein jedes wieder hinter ſich auf die Linie, daher es herkommen iſt, fallen; ausgenommen dreytauſend Gulden obbeſagter Wehrung, ſo demjenigen unter den beyden Elteren, welches ſolchenfalls erlebt würde, erblich gegeben und gefolgt werden ſollen.

Qui-

(*c*) De Reviſ. Actor. §. XXXVIII.

Quibus ita poſitis nil certius, quam quod & iſta ſic dicta nova, ſi ante ſententiam latam producta fuiſſent, non impediviſſent, quo minus pro parte Venningenſi pronunciaretur, cum ratio decidendi in Favore Familiæ, nec tantum Lineæ primi acquirentis contineretur.

Quam ob cauſam ex defectu novorum quoque ſententia illa publicata (*a*).

## OBSERVATIO DLXXXIII.

### *De Differentia inter ſpem debitum iri, & ſpem debitum exigi poſſe.*

Spes debitum exigi poſſe, præſupponit debitum contractum, ſpes debitum iri, demum contrahendum.

Pone Transactione Debita activa ceſſa fuiſſe als ein Eigenthum excepto ſolo caſu impoſſibilitatis eadem exigendi: qualis transactio de A. 1710. In Sachen Herrn Grafen v. Meſſelrod contra Herrn Grafen von Oettingen occurrit, qua dem Herrn von Meſſelrode ſtatt ſeinen zu fordern habenden $\frac{52}{m}$ Reichsthäler ein 10ter Theil an allen Sœteriſchen Fideicommiſs-Capitalien als ein Eigenthum übertragen.

Certe exceptio hæc firmat Regulam obligationis contractæ debita ſolvendi, etſi ſpes defecerit illa exigi poſſe.

Sic quoque Comes Oettingenſis §. 6. dicta Transact. ſeſe obligavit: a dato 2. oder 3. Jahren mit allen Debitoribus zu liquidiren, und auſſer beweislicher Unmöglichkeit eine Richtigkeit zu machen, da aber vom Grafen von Oettingen hieran in einem oder andern ſchädlicher Weiß etwas verſäumet, oder unterlaſſen würde NB. ſoll ſolcher Mangel oder Unterlaß dem Herrn von Meſſelrod im geringſten nicht nachtheilig ſeyn, ſondern er eo ipſo Macht und Gewalt haben, ſeinen zugeeigneten zehenten Theil von Capital und Intereſſe zu fordern, und vom Grafen von Oettingen zahlen zu laſſen.

